



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Prooemivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

- v. *Qui ordinatum vel alienigenam malignabit.*
 vi. *Si quis ordinatus hominem occidat.*
 vii. *Si quis clericus ligetur vel verberetur.*
 viii. *Si clericus se forisfaciat.*
 *proficere ix. *Si quis* confiteri velit, & negaturet.*
 x. *Ne quis occidatur in die dominica.*
 xi. *Si liber festis diebus operetur.*
 xii. *Si seruus operetur.*
 xiii. *Si Dominus suus cogat eum.*
 xiv. *Si liber legitimum ieiunium infringat.*
 xv. *Si seruus hoc agat.*
 xvi. *Si quadragesimale ieiunium infringatur.*
 xvii. *Si quis Dei recta per vim superteneat.*
 xviii. *De coniugiis infractis.*
 xix. *De stupris.*
 xx. *De virgine oppressa.*
 xxi. *De vidua similiter oppressa.*
 xxii. *De adultera.*
 xxiii. *Qui plegium regis vel archiepiscopi vel aldermanni infringerit.*
 xxiv. *Si quis excommunicatum vel utlagatum habet.*

Edictum regis in opprimendis vitiis & augendis virtutibus.

P R O O E M I V M.

HÆC est institutio legum sæcularium, quam communi sapientum meorum consilio per totam Angliam teneri præcipio. In primis volo vt iustæ leges erigantur, & iniustæ subuertantur, & omnis iniustitia quanta possumus obseruantia de finibus nostris farculetur & explantetur, & Dei iustitia modis omnibus exalteretur: & amodo reputetur omnis homo publica dignus reëctitudine, pauper, & quicumque diues sit, & eis iusta iudicia iudicentur.

LEGES ECCLESIASTICÆ.

I.

Si quis peccauerit, & seipsum profunde forisfaciat, temperetur in eo iustitia, sicut erga Deum sit clementius, & in sæculo tolerabilius: & multa sedulitate cogitet qui ius habet in iudicio, quid sibi postulet a Domino dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus: Et non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Math. 6. Psal. 142.

Prohibemus ne Christianus aliquis penitus pro parua re saltem ad mortem seducatur: sed exquiratur pro necessitate populi iustitia pacificans, ne pro leui re dispereat opus manuum Dei, & suum ipsius præcium quod profunde redemit.